

hoc ordine. Ad latus Atheniensis Lacedæmonius sedeat Chilo, ipse est qui illius auctor sententiæ traditur, quæ in templo Delphici Appollinis scripta fuit, NOSCETE IPSVM, cuius præcepti authoritas tanta est, ut non hominum cuiquam, sicut ait Cicero, tribueretur, sed Deo. Quo quidem, ut ait, idem non credo id præcipitur, ut membra nostra aut staturam figuram uenoscamus, neque nos corpora sumus: Nec ego hæc dicens corpori tuo dico: Cum igitur nosce te ipsum dicit, hoc dicit, nosce animum: Nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum: Ab animo tuo quicquid agitur, id agitur à te. Hæc Cicero. Quod & mihi planè probatissimum, & eo spectare videtur, ut & cognitos animi defectus reformemus, & in actionibus nostris nosmetipos metiamur, atque aestimemus acriter, quid quisque animi robore, quid lingua, quid ingenio valeat, quid viribus corporeis, ne aut ignarus sui nobilitatem insitam desidia corrumpi finat, aut varia opinione tumefactus ridicula corruat audacia.

CLBO-